



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 16. Hujus gaudij dulcedinem gustare non potest qui non est omni alio
destitutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

qualis erit? Narratur de S. Catharina Genovesa si quod nesci verit quid esset pati, non quod subiecta non fuerit magnis vexationibus, sed quia eas non sentiebat ut sibi contrarias, ut pote quas non modo libenti animo roborabat, verum etiam incredibili cum gaudio petendi. Non est dubium quin divini hospitii cor eius inhabitantis beneficio, hic illi favore sicut & alijs omnibus, sit praestitus.

§. XVI.

Huius gaudii dulcedinem percipere non potest qui non est omni alio destitutus.

Si scires te bene ab omni creatura evacuat Siquit religiosissimus scriptor Thomas Kempensis l. 2. c. 7. JESUS deberet libenter tecum habitare, nec veniret in cor nostrum solus, Addit S. Theresia, sed omnes secum voluptas & delicias paradisi, quarum capax anima est in hac vita, simul adduceret. Ximenes Societatis nostrae in temporalibus adiutor magnae virtutis, idem sentiebat, et sine dubio erat expertus, cum diceret singulari voluptatis sensu: Quisquis a creatis rebus omnibus expedire cor potuerit & totum Deo tradere, brevi tantam bonorum omnium recipiet abundantiam ut ferendo non sit. P. Alvarez eximia vir sanctitatis simile quid de se testatur, quod

quod ex eius libello quodam excerptum refert in eius vita tanto dignus magistro discipulus P. Ludovicus de Ponte: Evigilavi, inquit, quodam die mane totus latus ac hilaris cum ejusmodi cogitatione ac interiore sensu cui similem nunquam habui in vitâ: cognoscebam quid esset anima cum Deo & quo deveniret sine illo. Blosius refert de viro quodam sancto qui cum amantissimè fletet post quinquennium in perpetuâ exactum desolatione, apparuissentque illi duo Angeli mœstum consolaturi, quod averterit se ab illis, conversusque ad Deum sic eum fuerit allocutus: ô mi Domine Deus, non peto aliam consolationem quàm hanc ut te solum possideam; dummodò impedire possim ne res ulla cor meum subintret, nisi tu solus, plus consolationis habeo quam valeam sustinere. Placet hac super re satisfacere mihi & explicare hic quidquid dicendum restat de ineffabili gaudio quod Deus producit in animis eorum, qui singularem in ipso fiduciam collocant. Nam revera ipse solus per semetipsû producit hoc gaudium sine concursu creaturarum, quippe quæ ad hujusmodi effectum conferre nihil omnino possunt. Quod si attentè consideretur, sufficiet sanè ad cognoscendam hujus gaudij magnitudinem, omnia alia

Q 6

gau

gaudia & oblectationes excedentis. Illud
 tur est quod in præfenti declarare intendo
 verò in hac consideratione procedam firmis
 ab ipsa ordiar origine, paucis Dei essentiam
 atque magnitudinem ostendendo, de qua
 plenius & convenientius disseram libro
 quarto.

§. XVII.

*Excellentia unius Dei: & boni quod ex
 eo est.*

CAtholica veritas est sed ita rationi natu-
 rali conformis ut etiam Ethnici solo na-
 turæ lumine eam perspexerint negaverunt
 que esse aut esse posse plures Deos; nam si
 plures essent, eorum nullus Deus esset, nullus
 quippe perfectiones omnes aliorum obtine-
 ret; quod si quis inter eos unus omnes om-
 nium in se contineret, hic solus Deus esset, à
 quo ceteri haberent naturam suam atque or-
 namenta naturæ, ac proinde se creaturas co-
 fiterentur. Hoc tribus verbis expressum, est
 totum quod nos fides ac recta ratio docet de
 Divinâ naturâ quæ in se indivisim continet
 omne quod est sparsum & divisum in rebus
 omnibus extra Deum, sed cum in finita hæret
 ab illis disparitate. Deus enim cum det rebus
 singulis suam mensuram & limites, solus ipse
 supra